Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

posse: ut sit illius plena et perfecta doctrina: nisi habeat radicem ac fundamentum stabilisq; apud homines ac firma pmaneat: Ipsum autem subire carnis et corporis imbecillitatem uirtutemq; in se recipere: cuius doctor est: ut eam simul et uerbis doceat et factis: Item subiectū esse mori et passionibus cunctis: quoniam et impassione tollendia & in morte subeunda uirtutis officia uersantur: que omnia: ut dixi. consumatus doctor pferre debet: ut doceat posse pferri: —

XXV. Oleant igitur homines & intelligant: quare deus sumus cū legatū ac nūcium suum mittere & ad erudiendam preceptis iustitie mortalitatem mortali voluerit eum carne induere et cruciatu afficere & morte mulctari: Nam cum iustitia nulla esset in terra: doctorem misit: qui viuam legem: ut nomen ac templum conderet nouū: & verū ac prū cultum p omne terrarum et uerbis et exemplo seminaret: sed tamen ut certum esset a deo missum: nonita tamen illum nasci oportuit: sic homo nascitur ex mortali utroq; concretus: sed ut appareret & in homine illud esse celeste: creatus est sine opera genitoris: Habebat n. spiritualem patrem deum: et sic pater spiritus eius deo sine matre: ita mater corporis eius virgo sine patre: fuit igitur et deus et homo inter deum & hominemq; constitutus medius: Vnde illum greci mediatorem vocant: ut hominem pducere ad deum posset. i. ad immortalitatem. Qua si deus tantum fuisset: ut supra dictum est: exempla uirtutis hominib; ostendere non posset: Si homo tantum non posset homines ad iustitiam cogere: nisi auctas & uirtus homine maior accederet: Et cū cū constat homo ex carne & spiritu: & oporteat iustitie opibus emereri: ut fiat eternus: caro qū terrena est. Ideoq; mortalis: copulatum spiritum sibi trahit secum et ab immortalitate ducit ad mortem: Ergo spiritus expes carnis dux esse ad immortalitatem hominis nullo pacto potest. Qua caro impedit spiritum: quominus deum sequatur: Est n. fragilis & subiecta: peccatum autem publicum mortis est: Itaq; id circo mediator aduenit. i. deus in carne. ut caro eū sequi posset: & eriperet hominem morti: cuius est dominatio in carnem: Ideo carnem induit se: ut desideriis carnis e dominis doceret non necessitatis esse peccare: sed propositi ac voluntatis: Vna n. nobis & magna & precipua cum carne luctatio est: cuius infinite cupiditates premunt animam. nec deū retinere patiuntur: sed eam voluptatibus & illecebris suauibus in aeternam morte afficiunt sempiternam: Quibus ut repugnare possimus: deus nobis viam sup terra supando carnis & aperuit & ostendit: que uirtutis perfecta & omnibus minis absoluta coronam tuincentibus & mercedem immortalitatis: impertit: —

Pugna ppetua in hōie.